



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Juliano sabba confessore. Cap[itulum]. xxxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse ianuarij occurrētibus. Fo. xlix.

obdormiuit: viditq; in somnis beatam agnetē: eam vt cōstanter ageret et in christum crederet et portarent: atq; ipam sanam effectā ab eius egritudine nunciantē. Ad hanc vocē vigilans cōstātia se perfecte sanam inuenit: adeo vt nec in mēbris eius signū alicuius vulneris remaneret. Quod pater cernens et fratres maris ma leticia repleti sunt. Quorū licentia obrēta: cōstātia baptisimū suscepit: et votū virginitatis emisit. Et supra tumulū beate agnetis monasterium fabricauit: et ibidē dño scruiens euz multis virginibus se includit. Que post vitam laudabilē ad dñm migravit: et iuxta corpus beate virginis sepulta fuit.

De sancto Iuliano episcopo. Cap. xxxv.

Iulianus cenomaneus. Episcopus fuit. Dicitur ille leprosus fuisse dicitur: quē dñs a lepra sanauit: et qui cum ad conuandū inuitauit. Qui post ascensionē domini ab apostolis cenomaneus episcopus ordinatus est. Qui etiā multis clarus virtutibus extitit. Nam cuspidē baculi sui terrā percutiens fitientī populo fontē produxit. Lecū quoq; illuminauit: et carceratos se inuocantes: sponte apertis ianuis liberauit. Tres etiā mortuos vt dicitur suscitauit: et postmodū in pace quiescit. v. kalen. february. Dicitur et ab aliquibus fuisse de. lxxij. xpi discipulis vnus. Diciturq; esse ille Iulianus: qui ab itinerantibus pro inueniēdo bono hospitio inuocatus: eo q; in domo eius xps fuerit hospitatus. Sed verius videt alius Iulianus: qui vtrūq; parentem ignoranter occidit: de quo dicitur. ij. idus february.

De sancto Iuliano confessoze fratre Iulij. Cap. xxxvi.

Iulianus alius frater Iulij fuit. Hī duo fratres a theodosio imperatore xpianissimo obtruncati: et ecclesias edificare: mandauitq; imperator omnibus predictos fratres adiuuare: et eis in omnibus pena capitū obedire. Euz ergo sancti Iulianus et Iulius in loco dicto gaudianū ecclesie construerēt: et eos mandato imperatoris omnes transeuntes iuuarent: quidā cum curru eūtes ad inuicē cōdixerunt: aliquā excusationē prētere: vt sic liberi possent pertransire: vnū igitur ex suis in plaustrum supinum posuerunt: et cū pannis vt mortuū cooperuerunt: qui se mortuum fingebar et oculis clausis supinus iacebat. Eū ergo ad Iulianū et Iulij peruenissent rogauerūt eos vt parū persisterēt et eos in opere iuuarent. Qui se ibi stare non posse dicebant: qm̄ hominē mortuū deferebāt. et dū sanctus Iulianus eos mentiri diceret illi

se verum dicere affirmabant. Qui deū imprecatus est: vt fm̄ veritatem dicit sui sibi contineret. Eūq; procul recesserūt collegā et nosē vocare ceperunt. Qui euz nullatenus moueret pulsari ab eis cepit: et finaliter mortuus apparuit. Quod ceteri videntes timuerunt: nulliq; desinde xpi famulos decipere presumpserunt.

De sancto Iuliano sabba confessoze. Cap. xxxvii.

Iulianus heremita cognomento sabba fuit. De quo dicit theodorus in hystoria tripartita: q; angelicā vitā in terris deducebat: et in heremo cōsistens cōtēplationi et orationi vacabat. Hic per spiritum cognouit et predictē obitū Iuliani apostate imperatoris: longe. xx. diebus positus ab eo loco vbi interfectus fuit. Qd vt presenciuerat sic cōrigisse repertū est.

De sancto Iuliano confessoze. Cap. xxxviii.

Iulianus alius confessor fuit: de quo ait genadius libro de viris illustribus: q; acer ingenio et facundia extitit: diuisis scripturis doctus: greca et latina lingua scholasticus et inter doctores ecclesie clarus. Hic scripsit aduersus augustinū eius impugnatorem libros quattuor: et iterū aduersus alios heresiarchas libros. viij. Erat et liber altercationis amborū patres suas defendentū satis conspicuus. Hic fuit in elemosinis liberalissimus: Quorū autē valentianū imperatoris constantij filij tpe.

De sanctis Leoncio et socijs martyribus. Cap. xxxix.

Leoncius thyrus et calonicus martyres in ciuitate apollonia passi sunt tempore decij sub prefidibus cubertico siluano et bado. Qui diuersis tormentorū generibus et cruciati. Demū primus et vltimus capitis abscissione: mediū celesti voce vocatū spm̄ reddiderunt. Sic que martyrium consumauerunt. v. kalen. february in partibus grecie tumulati: vt dicit ado.

De sanctis papia et mauro mar. Cap. xl.

Papias et mauros martyres passi sunt rome tpe diocletiani et maximiani imperatorū sub laodicio vrbis prefecto. Qui cum essent milites videntes qua liter saturninus et simonius martyres statuā iouis cream eisdē a prefecto presentatā: sicut plumbū liquefactū contriuisent conuersi sunt ad dñm: et in pietatē laodicej redarguere ceperūt: q; in xpi martyres seniebat.